Sexcentesimo Quinquage=
600 simo Septimo.

Podolski Cieplinski atq[ue] Zurowski Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Ex[pe]d[it]a
Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Gnosi Stanislaus Podol-
ski et Stanislaus Cieplinski ab una atq[ue] Stanislaus
Zurowski partibus ab altera sani mentibus et cor-
poribus existentes a Terrenis Districtibus Iuribus Iuris-
dictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et competentibus
recedendo Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Premislien[si]
Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se eorumq[ue] heredes
nibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere
publice ac perceptibiliter recognouerunt et quilibet
illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia
ipsi equidem Gnosus Podolski suo et Gnosae Annae
de Andrzeiowa et Gnosus Stanislaus Cieplinski
suo et Gnosae Lucretiae [illegible] de Andrzeiowa
Consortum suarum [illegible] nomine Gnosus vero Stanislaus
Zurowski suo et Gnosorum Joannis Stanislai
Alexandri et Magdalenae virginis Zurowskich filio-
rum et filiorum olim Gnosi Alexandri Bonifacij Zu-
rowski fratris sui germani nepotum suorum pro-
quorum ratihabitione cauent ac se praesentibus intri-
buunt nominibus sibi mutuo et inuicem una pars
alteri

alteri cum posteris utriusque partis se suosque successores
in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis
pecuniis quibusvis habitis et habendis inscribunt et
obligant praesentibus Intercisam certam inter se Reco-
gnoscentes et consortes suas ratione certarum re-
rum et conclusionum in eadem Intercisa contentarum de actu
et data illius in villa Grodowice die decima octava
Mensis Decembris anno proxime praeterito millesimo
sexcentesimo Quinquagesimo sexto conscriptam
manibus Recognoscentium et caeterorum amicorum
ibidem contentis subscriptam in omnibus et singulis
Intercisis praedictis mentionibus punctis clausulis
articulis vadiis ligamentis ac nexibus generaliter
universis firmiter tenere complere exequi et inuio-
labiliter observare omnibusque et singulis illius con-
tentis tam in parte quam in toto satisfacere Inter-
cisam solutam ad Inscriptionem praesentem roboratoriam
et Inscriptionem praesentem ad solutam Intercisam vicis-
sim in toto referendo Idque sub vadio Quinque mil-
lium quindecim florenorum grossorum duorum, et obe-
liorum novem solidorum per partem parti cum successori-
bus utriusque partis ob non completionem omnium et
singulorum Intercisis praedictis contentorum tam in toto
quam in parte toties quoties opus fuerit ad solu-
uendum succumbendis. Nihilominus idem Reco-
gnoscentes tam videlicet Georgii Podolski et Cie-
plinski quam etiam Zurowski debebunt et tenebun-
tur prout se ac suos successores in et super bonis suis
generaliter omnibus ac summis pecuniarijs quibusvis

habi

690 habite et habentes Coniunctim omnes inscribunt et obligant et quidem Generosus Podolski Generosam Annam Generosus vero Czeplinski Lucinam de Andrzeiow Consortes suas legitimas Fratres quoque Generosus Zurowski Generosos Joannem Stanislaum Alexandrum et Magdalenam Virginem Zurowskie olim praedicti Generosi Bonifacy Zurowski filios et filiam ad approbandum per ipsos Inscriptionem eandem roborationem vel semper ipsos ... eorum interesse faciendam et quidem Consortes cum assistentia Maritorum intra decursum duodecim septimanarum Fratres Zurowskie filios Minorennes postquam adoleverint Virginem vero eandem Zurowska postquam in Matrimonium elocata vel Conobium ingressa fuerit cum assistentia Mariti vel Superioris illius ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia adducere et personaliter statuere ac easque ut praemissa vagatur efficere Iidem sub simili et eodem vadio quinque millium quindecim florenorum grossorum duorum et obulorum novem polonicalium per partem partium cum fructibus utriusque partis ob non statutionem sibi ad invicem tam videlicet eorundem Consortibus suis quam praeditorum Generosorum Zurowskich liberorum pro tempore et loco superius expressis ad et filii ... solvendum succumbendum Ex quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubuit ac re absque juris ex praemissis non completa complenda citata ex praemissis mota una praemissa continentia vel eius posteri ad instantiam alterius parti praemissa tenendum vel ipsi posteriori ad officium praesens Castrense

Capitaneale

691

Capitan. Premislien. Ex[hibi]ta recepti. Super praedicto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere vadium vel vadia posita luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum Grati debebit et tenebitur Seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia inscribunt omnes et obligant praesentibus Illum terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptos vero Infirmitate Ro Maior. Minorennitate successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Lictorem vel alijs quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem praeterea ultra primos terminos dilati Officij Grati Castren Premislien. terminos dilati onem sibi non recipiendo Nullasque motiones protestationes ac earum prosequutiones faciendo praemissa omnia nobis simplicibus vel duplicatis Evasionibus suspensionibus Fatalijs Juris Praescriptione Terrestri Bello Convention[ibus]que ac alijs quibuscunque Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Præmislien-
si Feria Sexta post Domini-
cam Lætare Quadragesimalem

16/III
1657